



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes  
Antiqvae Libri Dvo**

**Suarès, Joseph Marie**

**Romae, 1655**

De arboribus. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11894**

Dianæ templum Asyla fuisse constat: ne quid dicam de Poneropoli Philippi. Sed cum Asyli ius ex templi celeberrimi veneratione haud dubie ortum sit, ad eius descriptionem interim lectorem differimus.

### *De Arboribus.*

#### CAPVT VIII.

**N**VNC ex ipsa ciuitate in agrum eius lustrandum ac describendum tantisper cōcedemus. Theophrastus omnem Latinorum agrū hisce verbis depingit. ή δὲ Λατίνων ἔθυμος πᾶσα. καὶ οὐ μόνον οἰχεῖ μέρινν, καὶ οἰκύνν θαυμασίν. τηλικάυτα γάρ μόνον τέμνεσιν, ως ἐπί διὰ νεώτερων Τυρρηνίδων ὑπὸ τὴν τρόπιον. ή δὲ οἴειν πάνταν, καὶ ἐλάτην, &c. Latinorum autem ager uniuersus aquis scatet: & planities quidem habet myrtum, atque sciscimam mirandam, (ad fagi genus a nonnullis refertur, quae οἶνον a Theophrasto dicitur, a Gaza sciscima: Plinius Ostryam vocare videtur) tanta namque longitudinis eam secant, ut apta sit ad nauem e Tyrrenicis pro carina. Montana vero regio piceam, & abietem, &c. Hæc Theophrasti verba cum de cæteris agrī Latini partibus intelligenda sint, tum vero Prænestino præcipue conueniunt. Ille enim & qua planitie protenditur, & qua montibus assurgit arbores plurimas, quales Theophrastus describit, & procerissimas etiam nunc producit. cuius rei fidem facit vel vnica illa sylva quæ Ciuitatem proxime adiacet.

Lib. 5. hist. plan.  
c. 9.

L. 13. hist. nat.  
cap. 21. Dodona  
L. 4. c. 11. Fempte  
6. hist. stirp.

C De

